



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Tympanum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## DE TYMPANO. CAP. XXII.

Laudate  
Dominum  
in tympano  
& choro, f.  
249. vers. 4.

**T**ympano etiam & choro laudari gaudet Deus. Per tympanum Gregorius lib. Epist. sexto ad Anastasium, abstinentiæ tenuitatem ἰσχυροφικῶς interpretatur, à materia scilicet ipsa qua constat tympanum: nam id dubio procul corium est ex pelle jam arefacta, quæ tamen prius diu fuerit macerata: ita vir jejunio confectus, ab omni luxu alienus, parce & duriter vivens, qui laudes Deo canat.

## DE TINTINNABULO. CAP. XXIII.

Tintinnabuli forma  
Nimirum  
Tin tin.

**C**lere ad se nos videtur etiam tintinnabulum, quod Moisaicus Sacerdos, de quo 28. Exodi, ornatum Pontificio gestare jubebatur: ad imas enim tunicae simbrias aurea tintinnabula, malaque punica alterna appendebantur, ut eorum sonitus, quotiescumque Pontifex ingrederetur, egredereturve Sanctuarium, exaudiri posset. Significabat id, oportere sacerdotem, ut etiam in Cane dictum, assidue vocalem esse, nunc docendo, nunc arguendo, nunc exhortando, sapissimè vero consolando, quod nostra sibi fragilitas deposcit, oportuna remedia conquirendo. Itaque tintinnabulum prædicationis est & institutionis hieroglyphicum, de quo plura Gregorius idem lib. primo Epist. xxiv. Tintinnabula huiusmodi antiqui operis domi habemus: sunt autem ex orichalco, mespilii cavi forma cum fibula superne ad appensum apta. Intra concavum ærea immissa pilula est, quæ motata sonum impulsu reddit argutum, atque admodum suavem.

## DE LITERIS SEPTEM. CAP. XXIV.

**A**tque ut ad Musicam redeamus, alijs quoque signis ea pingi solita est, non iis tantum, quæ propria sunt illius instrumenta: quare superest ut quid Ægyptij per vocales numero vii. significarent, afferamus, & ita Musicos hos numeros absolvamus.

## MUSA. CAP. XXV.

Sic Boetius  
lib. 1. de Mu-  
sica tradit  
antiquitus  
harmonicam  
rationem he-  
ptachordan-  
tantum con-  
stitisse, hoc  
est, si ab his  
septem quar-  
tum summa-  
rum dicitur,  
ima vñ 77.  
Vocalium  
fides.

**I**lli siquidem digitos duos literis septem insignitos præferentes Musam, ut Horus ait, significabant. In quo advertendū vulgatos Hori codices fæde depravatos circumferri, qui πρεγμαται septem, non ζεάματα, habent. Cur vero nos Vaticanæ bibliothecæ codicem in quo ζεάματα τῶν, non πρεγμαται, scriptum est, castorem judicaverimus, ea in causa sunt, quæ apud veteres tradita reperimus super septem vocalium significato, quibus Musica omnis exprimi solita. Nam Demetrius Phalæreus in Commentariis ἁπλῆς ἰσχυροφικῆς, Ægyptiorum fuisse morem ait, septem vocalium modulata enunciatione Deos collaudare. Septem porro vocales Plutarchus Musicæ totidem vocibus accommodat. Et Phurnutus, ex veterum dictatis observat, septem esse diversos tonos, quibus omni tota modulatio constaret. Vox vero ipsa septem patitur qualitates, acutam, gravem, circumflexam, denfam, tenuem, longam, brevem. Ac veluti est apud Philonem, septenarii numeri proportio est valde Musica. Quippe qui sex ad unum sexcuplarem habeat: sexcuplaris vero ratio maximum in re proposita intervallum facit, quo quidem acutissimè à gravissimo separatur. Cæterum & quinque ac duo vim plurimam in harmonia demonstrant, ipsi τῶν ἑπτάων fere æmulam. Et ut semel dicam, hebdomada cum ex ternario quaternarioq; constet, harmoniâ omnem amplexatur, quippe ἑπτάων ἑξ ἑπτάων & ἑπτάων. Omnes quoq; proportionem, Arithmeticam, Geometricam, & Musicam. Quod vero diximus ex Plutarcho, vocales eas fuisse literas quibus forte uterentur Ægyptij, ne qui Græcè nesciant, dictum mirentur, sciendum apud Latinos vocales duas, E, scilicet & O, figura unamquamq; eadem vi tamen & tempore & enunciatione diversas esse, quarum unaquaq; apud Græcos suo insignis est caractere, atque ita septem omnino esse, ad humanæ ipsius vocis conditionem excogitatas. Ex his notum